UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Origenes

Rothomagi, 1668

In Epistolam Ad Hebraeos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19358

Visual Library

& prædeſtinationis effectum amittere. Cum ait ergo Origenes : φήσομεν ὅτι ἀδύνατον μὲν μὴ γενέσθαι, Deum reſpicit, cujus voluntas mutari non poteſt : cum ſubjungit deinde : ἀλλὰ δυνατὸν ἐστι καὶ τὸ αὐτὰ μὴ γενέσθαι, hominis rationem habuit, qui cum liber ſit, tranſgredi poteſt mandata Dei, vel non tranſgredi ; facere mala, vel non facere.

πάνυ δὲ τὸ ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν, &c.] Sententiam hanc tuebantur è Patribus antiquis quamplurimi, ita ut Galli contrariam Auguſtini doctrinam repudiantes jactabant, quemadmodum refert Proſper in Epiſt. ad Auguſt. Quamvis autem ab adverſa, ut dixi, parte ſteterit S. Auguſtinus, & poſtquam accuratioribus ſuper eo argumento diſputationibus locum dederunt Pelagij errores, Auguſtinum ſecuta ſit bona Doctorum Catholicorum pars ; nonnulli tamen, quos commemorat Leonardus Leſſius, in Diſputatione de Prædeſtinatione, in alienam ab Auguſtino ſententiam diſceſſerunt, hodieque diſcedunt ; copiam unicuique faciente Eccleſia, & Pontificibus Romanis utram velit ſectam perſequi.

P.428. οἶδα καὶ τοὺς ψαλμοὺς, &c.] Origenes in Ioh. 8. 19. p. 263. ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· ὅσα ὁ νόμος λαλεῖ τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ αὐτοῖ· ἢ δῆλον ὅτι καὶ τοὺς προφήτας, ὧν τὰ ῥήματα, ὡς ἐν ἄλλοις ἐπεδείξαμεν, νόμος λέγεται· Addendi porro hi loci aliis pleriſque quos erudite corraſit Brianus VValtonus Bibliorum Polyglottων diligentiſſimus editor, Prolegom. 9. c. 11. quibus eos confutat qui ex Ariſtea & Ioſepho, Legem à LXX Interpretibus converſam fuiſſe teſtficantibus, Pentateuchum ſolum, non etiam Prophetas, & reliquam Scripturam interpretatam fuiſſe pertendunt.

λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ·] Ebræa habent ידבר *loquetur*. Tertiam numeri pluralis perſonam retinent univerſi Interpretes, præter Syrum, qui ad Paulum, & Aquilæ interpretationem propius accedit.

ἐγγεγραμμένος τῇ καρδίᾳ λόγος] Prov. 3. 3. & 7. 3. & 2. Cor. 3. 3.

σωματικῶς γενομένῳ] Supple, τυφλῷ, quod fortaſſe excidit è contextu ; id quod ſuadet & Genebrardi interpretatio : *cui Dominus corporaliter cæcitate affecto inquit.*

καὶ μάλιστα, ὡς προείπομεν, &c.] Vetus P. 429. Codex Mſ. Philocaliæ : καὶ μάλιστα τῆς ἀποστολικῆς, ὡς προείπομεν, τὴν προφητικὴν καὶ τὴν ἀποστολικὴν, τὴν πρὸς ῥωμαίους· Sed nihil mutandum in Tarini editione, quam ſequimur.

IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS.

ὅτι κλήμης ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος, &c.] P. 430. A Clemente Romano Pontifice ſcriptam non eſſe, vel ex eo liquet, quod in Epiſtola ſua ad Corinthios plurima ex ea ἀνθέλξει depromat, teſte ipſo Euſebio, libr. 3. Hiſt. cap. 38. Satius fuerit dicere à Paulo Ebraice primum fuiſſe ſcriptam ; à Luca, vel à Clemente fuiſſe interpretatam, ut multos exiſtimaſſe tradit ibidem Euſebius.

OBSERVATIONVM ET NOTARVM FINIS.

ADDENDA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN